Postilla sup librū Ruth Incipit. Capitulū .I.

In diebus vni9 iudicis. Hic ꝯsequēter ponit tertius casus. s. ipsius Ruth. & diuidit in q̄tuor ptes. q2 primo describit ipsius Ruth cōuersio gratiosa. Scd̄a ei9 ꝯuersio virtuosa. tertio ꝯiūctio legalis. q̄rto copulatio matrimonialis. Partes incipiūt in quatuor capitulis huius hystorie. Prima adhuc in duas. q2 prio describit cōuersio ois occasio scd̄o ipa ꝯuersio. ibi. Cui dixit noemi. occasio aūt ꝯuersionis ruth ad iudaismū fuit eo. q fuit desponsata filio elimelech iudeo peregrināti i terra moab. Et ideo primo describit elimelech peregrinatio. secūdo ipsius Ruth desponsatio. ibi. Qui acceperūt. Circa primū primo describit tps peregrinationis hui9 cū dicit. a In diebus vni9 iudicis. qs aūt hic fuerit varie dr. dicit enī magister in hystorijs & aliq̄ expositores alij q iste iudex fuit. Heli q̄ cū hoc vsurpauit sibi sacerdotiū. q2 nō fuit de eleazar sed de ithamar. Licet autē istud scd̄m dictū sit verū q̄stū ad hoc q heli nō fuit de Eleazar sed de thamar nō tñ videt verū q sibi vsurpauit sacerdotiū. q2 .i. Regū .ij. ca. dr ipi heli in psona dñi Loquēs locut9 sum q dom9 tua & dom9 patris tui ministraret in ꝯspectu meo in sempiternū &c. Ex q̄ videt q illud sacerdotiū habuit ex ordinatione diuina. vt dicet ibidem plenius. Primū etiā dictū nō videt verū. videlicet q peregrinatio elimelech que hic describit cōtigerit tpe heli. q2 a pricipio q̄ incepit iudicare isrl vsq ad pricipiū regni dauid fluxerūt tm̄ .lxxx. anni. put fuit declaratū supra. Judicū. xi. ca. In isto igit tempore oportuit sm istud dictū q peregrinatio elimalech fuerit et q booz de ruth obed genuerit. & obed iesse. & Jesse dauid. & vita ipsius dauid vsq ad principiū regni sui qd nō videt verū. primo q2 de isto tpe fluxerūt vndecim anni ad minus ante natiuitatē obed. videlicet decē anni quibus noemi mansit in regione moab. vt hēt in hoc ca. & vnus annus ante natiuitatē obed. q2 dato q booz statim acceperit Ruth post aduentū ei9 in bethleem cū noemi. tñ anteq̄ nat9 fuisset de ea obed trāsiuisset annus vndecimus totus. vel saltē fere. Itē dauid vixit .xxx. annis anteq̄ cepit regnare. vt habet secūdo Regū .v. Item Jesse pater dauid iam erat senex quando genuit Dauid. vt videt. q2 habuit sex filios ante eū vt habet .i. Reg. xvi. & primo Paralypo. ij. & sic habuit .xxix. annos ad minus vt videt q̄n genuit dauid. hoc etiā pz ex hoc qd dicit .i. Reg. xvij. q erat senex & grādeuus & iā emerite militie. qn dauid adhuc adolescens missus fuit ab ipo ad visitandū fratres suos. Si autē isti anni simul coniungant faciūt annos .lxx. & sic nō remanet aliqd tps vite ipsius obed quousq posset generasse ipm iesse. posito etiā cū h q elimelech a prio anno heli cepisset peregrinari. ppter qd nō videt verū q hystoria ruth fuerit tpe heli. sed ante. Et ideo aliter dicūt hebrei & meli9. vt videt q iste iudex fuit abessan. de q̄ dictū fuit Judicū. xij. qui fuit ante heli. xlviij. ānis. vt patuit ex dictis supra Judicū. xi. Dicūt etiā hebrei q iste abessan & booz est idē homo binomius tñ. oportet tñ dicere sm istā viā q peregrinatio elimelech inceperat anteq̄ booz inciperet iudicare. quia iudicauit ꝑ sm septē annis tm̄. & noemi fuit in regione moab decē annis. vt dr infra eodē capi. & booz accepit Ruth post. veruntamen illa pegrinatio p reditū noemi fuit terminata sub abessan qui est idē quod booz sm hebreos. ideo dicūt hoc fuisse tēpore ei9 q2 res a fine denominat & q2 ista hystoria hic ponitur ad ostendendū quō dauid rex descēdit de booz. vt pz in fine. b Facta ē &c. propter ꝑpli peccata. c Abijtq hō de bethleem &c. cā hui9 peregrinatiōi ꝯvaria assignat. dicit enī hieronim9 sup quartū capitulū Paralypo q tūc tpis sol stetit p aliqd spaciū immobilis ad terrendū homines. vt sic retraherent ab enormibus peccatis quibus erāt inuoluti. qd non fecerūt. ppter qd tāta fames facta est in terra illa q elimelech q̄ erat de nobilioribus & potentioribus ciuitatis bethleem fuit coact9 ire ad terrā extraneā ad querendū victū suū. Hebrei aūt dicūt q ppter famen in illa terra accidentē multi pauperes recurrerūt ad elimelech q2 erat diues & potens & ppter auariciā suā durū erat ei dare. ppter qd ad euitandū importunitates eorū exiuit de terra isrl cū bonis mobilibus que habebat. & q2 ex mala cā exiuit ibidē mortuus fuit cū filijs suis & depauperatus. Cetera patent in litera. d Qui acceperunt. Hic ꝯsequēter describit ipsius Ruth desponsatio. dicūt aūt hebrei & etiā aliqui catholici. q ista ruth fuit filia eglō regis moab. sed h videt falsum q2 a tpe aioth q̄ interfecit Eglō. vt habet Judicū .iij. fluxerūt āni ducenti. xxxij. vsq ad abessan. vt declaratū fuit Judicū .xi. Et multo plures āni fuerūt vsq ad heli. & ideo si abessan fuit idem q booz. vt dicunt hebrei. īpossibile est q ruth fuerit filia eglō quē iterfecit aioth. q2 adhuc erat satis iuuenis & apta ad plē qn fuit ꝯiūcta ipi booz. itē si booz fuit aliꝯ ab ipso abessan ita. q hystoria Ruth accidit tēpore heli. vt dicūt aliq̄. multo mag impossibile est q ipa ruth fuit filia pdicti eglon. q2 multo plures anni fuerūt ab illo q ad heli q̄ vsq ad abessan. vt declaratū fuit Judicum xi. & ideo si aliquis velit dicere q ruth fuit filia eglon reg moab. oportet ꝯsequēter dicere q iste eglon fuerit aliꝯ ab illo quē interfecit aioth & longe posterior ipso. & tñ adhuc h nō videt ꝯueniēter dictū sm dicta hebreorū & catholicorū. q2 sm hieronymum elimelech iuit paup ad regionē moab & sm hebreos. lz fuerit diues. tamen fuit ibi depauperatus. vt dictū est supra. & hoc videt ex eo qd dr infra eodē capi. q noemi rediit de terra moab vacua. s. sine viro filijs & diuitijs. nō est autē verisimile q rex moab dedisset filiā suam vxorem viro pauperi & extraneo & si post dationē depauperat9 fuisset vir ei9. nō est verisimile q pmisisset eam recedere de terra sua ita pauperem. q indigeret colligere spicas i agro sicut dicitur de ruth sequenti ca. & ideo magis videt q ipsa ruth fuerit de humili pgenie. Sequitur.

Incipit liber Ruth.

Ca. I.

a In diebus vnius iudicis qn iudices perant b facta ē fames in terra. c Abijtq hō de bethleē iuda. vt pegrinaretur ī regiōe moabidide cū vxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabat elimelech. & vxor ei9 Noemi. & duo filij. alter maalō & alter chelion. ephratei de bethleem iuda. Ingressiq regionē moabitidē morabant ibi. Et mortu9 est elimelech marit9 noemi. remāsitq ipa cū filijs. d Qui acceperūt vxores mobitidas. q2 vna vocabat orpha. altera q ruth. Manserūtq ibi decē ānis. & ambo mortui sūt maalō vicz & cheliō. res

e Audierat enī ꝛc. et ideo fame recedēte de terra sua melius poterat ad eam redire.

f Ite in domū ꝛc. Hoc dixerat quia patres earū erant mortui. vel quia mulieres sunt magis familiares matribus suis quam patribus.

g Que eleuata voce ꝛc. Ex quo patet quod noemi valde bene se habuerat ad nurus suas.

h Nū vltra hēo ꝛc. preceptū enī erat in lege. Deut. xxv. quod si aliquis moreretur sine herede relicta vxore, frater eius acciperet eā ad suscitandū semen fratri defuncto. Cetera patent in lr̄a.

i Cui dixit noemi. Hic consequenter describitur ipsius ruth cōuersio: quia noluit reuerti sicut altera: sed ire ad terrā isrl' cū socru sua ꝛ cōuerti ad cultum dei vnius gētilitate relicta. propter quod dixit.

k Ne aduerseris mihi ꝛc. reuertendo ad cultū idolorum.

l Quocunque perrexeris ꝛc. Hic dicūt hebrei quod volētibus cōuerti ad iudaismū dicēda sunt grauia legis secundum partē: sicut volētibus ingredi religionē explicāda sūt difficilia illius religionis. Dicūt igitur quod noemi videns ruth velle cōuerti ad iudaismum dixit sibi aliqua onera legis. Et primo dixit ei quod non erat licitū iudeis ire extra terrā isrl' nisi ex causa magne necessitatis. et tunc ruth ei respondit.

l Quocūque perrexeris pergam. ꝛ nō alibi. Itē dixit ei Non ē nobis licitū quod mulier sit sola cū viro nisi fuerit maritus eius. Et ruth respondit.

m Ubi mora. fueris ꝛc. nolens esse sine te cū aliquo viro. Iterum dixit populus hebreorū est subiectus legis oneribus in quibus sunt sexcenta et tredecim precepta. Tunc respondit.

n Populus tuus ꝛc. quasi diceret: volo subdi legi ipsius. Iterum dixit: prohibitū est nobis colere deos alienos: et ipsa respondit. o Deus tuus deus meus. q. d. aliū nolo colere. Iterum dixit ei transgressoribus legis nostre in diuersis casibus imponitur pena quadruplicis mortis. s. lapidationis: combustiōis: strangulationis in suspensione et occisionis gladio. et patet in Exo. ꝛ Deutero. et tunc ruth respondit.

mansitque mulier orbata duobus liberis ac marito. Et surrexit vt in patriam pergeret cū vtraque nuru sua de regione moabitide. [e] Audierat enī quod respexisset dominus populum suū ꝛ dedisset eis escas. Egressa est itaque de loco peregrinationis sue cum vtraque nuru: ꝛ iā in via reuertēdi posita in terram iuda: dixit ad eas. [f] Ite in domū matris vestre. Fiat vobiscū dominus misericordiam sicut fecistis cū mortuis ꝛ mecum. Det vobis inuenire requiē in domibus virorum quos sortiture estis. Et osculata est eas [g] Que eleuata voce flere ceperūt ꝛ dicere. Tecū pergemus ad populum tuū. Quibus illa respondit. Reuertimini filie mi. Cur venistis mecū [h] Num vltra habeo filios in vtero meo vt viros ex me sperare possitis? Reuertimini filie mi ꝛ abite. Iam enim senectute cōfecta sum: nec apta vinculo coniugali. Etiā si possem hac nocte cōcipere ꝛ parere filios: si eos expectare velitis donec crescant ꝛ annos pubertatis impleant ante eritis vetule quam nubatis. Nolite quęso filie mi facere hoc: quia vestra angustia magis me premit: et egressa est manus dñi contra me. Eleuata igitur voce rursum flere ceperūt. Orpha osculata ē socrum ac reuersa ē: Ruth adhesit socrui sue. [i] Cui dixit noemi. En reuersa est cognata tua ad populum suū ꝛ ad deos suos: vade cū ea. Que respondit. [k] Ne aduerseris mihi vt relinquā te ꝛ abeā [l] Quocūque enī perrexeris pergam: [m] ꝛ vbi morata fueris ꝛ ego pariter morabor. [n] Populus tuus populus meus [o] ꝛ deus tuus deus meus. [p] Que te terra susceperit morientē: in ea moriar: ibique locū accipiam sepulture. Hec mihi faciat deus ꝛ hec addat si non sola mors me ꝛ te separauerit. [q] Uidens igitur noemi quod obstinato ruth animo decreuisset secū pergere: aduersari noluit nec ad suos vltra reditum persuadere. Profecteque sunt simul ꝛ venerūt in bethleem. Quibus vrbē ingressis velox apud cūctos fama percrebuit. [r] Dicebātque mulieres Hec ē illa noemi. Quibus ait: Ne vocetis me noemi. i. pulcrā: sed vocate me mara. i. amarā: quia amaritudine valde repleuit me omnipotēs. [s] Egressa sum plena: ꝛ vacuā reduxit me dñs. Cur igitur vocatis me noemi: quam dñs hūiliauit ꝛ afflixit omnipotēs. Uenit igitur noemi cū ruth moabitide nuru sua de terra peregrinatiōis sue: ac reuersa ē in bethleē quando primum ordea metebantur.

.II.

e [e] Rat autem viro elimelech consanguineus homo potens ꝛ ma

p Que de terra susceperit morientē in ea moriar. quasi diceret para sū suscipe penā cuiuscunque mortis: si meruero sicut tu.

q Uidens igitur noemi ꝛc. quia quando aliquis habet firmā volūtatem transeundi ad legem diuinā vel religionem nō est impediendus seu refutandus. Cetera patēt usque ibi.

r Dicebātque mulieres. Hec est illa noemi. secundum expositores nostros legitur depressiue et est verbū congaudendi de reditu noemi. Secundum hebreos vero interrogatiue. ꝛ est verbū admirādi. quasi dicatur Hec est illa noemi que recessit cum curru et equis ꝛ diuitiis: ꝛ modo reuertitur pauper ꝛ peditando. quia exiuit terram isrl' de mala causa vt dictū est secundum opinionem hebreorum. ꝛ huic consonat quod sequitur.

s Egressa sum plena filiis ꝛ diuitiis: ꝛ vacuā me reduxit dominus ꝛ in hoc confitetur penā sibi inflictā a dño pro peccato sui exitus de terra isrl' ex mala causa. vt supra dictum est. scilicet secundum opinionem hebreorum.

Capitulum. II.

e Rat autem. Hic consequenter describitur ipsius ruth conuersatio virtuosa. et quia hūilitas est fundamentum omniū virtutū. Ideo circa eam primo de

gnarum opū noīe booz. Dixitq ruth moabitis ad socrū suā. Si iubes vadā in agrū ⁊ colligā spicas q̄ fugerint man⁹ metentiū: vbicūq clemētis in me patrisfamilias repperero grām. Cui illa rn̄dit. Vade filia mi. Abijt itaq et colligebat spicas post terga metentiū. [b] Accidit āt vt ager ille hēret dn̄m noīe booz: q̄ erat de cognatione elimelech. Et ecce ipse veiebat de bethleē: Dixitq messoribus. Dn̄s vobiscū. Qui rn̄derunt. Benedicat tibi dn̄s. [c] Dixitq booz iuueni qui messoribus preerat. Cuius est hec puella? Cui respondit: Hec est moabitis q̄ venit cū noemi d̄ regione moabitide ⁊ rogauit vt spicas colligeret remanētes seq̄ns messorum vestigia Et de mane vsq nūc stat in agro: ⁊ nec ad momētū quidē domū reuersa ē. Et ait booz ad ruth. [d] Audi filia: Ne vadas in alterum agrum ad colligendū: nec recedas ab hoc loco sed iūgere puellis meis: ⁊ vbi messuerit sequere. Mādaui enī pueris meis vt nemo molestus sit tibi: sz etiā si sitieris vade ad sarcinulas et bibe aq̄s de q̄b⁹ ⁊ pueri mei bibūt. [e] Que cadēs in faciem suā ⁊ adorās sup trā dixit ad eū. Vn̄ mihi hoc vt inuenirē grām an̄ oclos tuos: et nosse me dignareris peregrinā mulierem. Cui ille rn̄dit. Nunciata sunt mihi omia q̄ feceris socrui tue post mortē viri tui: ⁊ q relīqris parentes tuos ⁊ terrā in q̄ nata es: ⁊ veneris ad populū. Quem antea nesciebas. [f] Reddat tibi dn̄s pro opere tuo et plenam mercedem recipias a dn̄o deo israel ad quē venisti. et sub cuius ꝯfugisti alas. Que ait: Inueni gratiam apud oculos tuos domine mi: q̄ cōsolatus es me: et locutus es ad cor ancille tue que non sum similis vnius puellarū tuarum. [g] Dixitq ad eā booz. Qn̄ hora vescendi fuerit veni huc et comede panem: [h] et intinge buccellam tuam et aceto. Sedit itaq ad mes

scribitur humilitas virtus. secundo honestatis decus: ibi. Accidit autem. tertio gratitudo in beneficijs: ibi. Que cadens in faciē suā. quarto sollicitudo in exercitijs. ibi Collegit ergo. Humilitas aūt eius apparet in hoc q obtulit se ad colligendū spicas in agro d̄ volūtate ⁊ licentia socrus sue. premittitur tamē hic nomē ipsi⁹ booz: eo q ager in q̄ collegit erat ipsius qui etiā erat d̄ cognatōe mariti sui defuncti. Et hoc est quod dicitur.

a Erat autem viro elimelech cōsanguineus. Dicūt hebrei q elimelech socer ruth ⁊ salmon pater booz fuerūt frēs: ⁊ sic maritus ruth ⁊ booz erāt ꝯsanguinei germani Sz primū dictū videtur falsum. quia salmō q̄ genuit booz de raab fuit tpe iosue: ⁊ accepit vxorem raab post destructōem vrbis hiericho: q2 tūc fuit copulata populo isrl': vt hr̄ Josue. vi. hoc aūt fuit circa principiū ducat⁹ iosue. A principio v° ducatus eius vsq ad abessan quē hebrei dicūt esse ipm booz: fluxerūt anni. cclxxij. Et mlt' oplures fluxerunt vsq ad heli. ⁊ ideo si fm opinionē hebreorum dicat q booz ⁊ abessan idē homo fuit. impossibile vid' q elimelech fuerit frater salmon q2 ruth vxor maalon filij elimeleh adhuc erat iuuenis. vt satis ptz ex seq̄ntib⁹. q̄n fuit copulata matrimonio ipsi booz. adhuc potenti generare. et adhuc mag' impossibile ē si dicat q booz fuit tpe heli: qui postea p mltos annos iudicauit. ppter qd dicūt doctores nr̄i ⁊ bene: vt videt q tres fuerūt booz sibi succedentes: q̄rum prim⁹ fuit auus. scd's fili⁹ ⁊ terti⁹ nepos. primus fuit fili⁹ salmon quē genuit de raab. ⁊ terti⁹ fuit iste q̄ genuit obed ex ruth. Et hoc idem dixit sup Math. primo caplo. vbi isti tres sub vno noīe comphendunt. tum quia cōprehenduntur eodē mō in fine huius libri sub vno nomine. tum quia Matheus euangelista genealogiā saluatoris in trib⁹ quaterdenis voluit describere: vt ibidem dicit: in q̄ aūt gradu vltimus booz attinebat ipsi elimelech ⁊ filio eius maalon postea dicetur Cetera patent in littera.

b Accidit autem. Hic describit ipsius ruth honestatis decus quod precepit booz veniens ad messores suos. vnde subditur. c Dixitq booz iuueni qui messoribus preerat ⁊c. Fm q dicūt hebrei ⁊ satis apparet ex textu Booz iam erat homo prouecte etatis ⁊ honorabil' rōne scientie ⁊ virtutis. ⁊ iō nō est verisimile q q̄reret de aliq̄ iuuēcula mliere que esset nisi rōne honestatis sigularis quā in ea videret: ⁊ iō dicunt hebrei q spicas stātes post messores colligebat stando: iacentes aūt colligebat sedēdo ne inclināndo se ad colligendum vestes sue eleuarētur a parte posteriori: ⁊ p's aliq̄ tibiarum suarum visco operta appareret. ⁊ iō booz videns eius honestatē mot⁹ fuit ad q̄rendū q̄ esset: ⁊ et ad faciendū sibi grām dicens ei quod sequitur.

d Audi filia ⁊c. ⁊ patet littera. ptz etiā q erat iuuencula respectu ipsius: quia vocauit eam filiam.

e Que cadens. Hic commendatur ruth de gratitudine. quia ipsi booz de beneficijs oblatis: licet non essent multum magna valde fuit regratiata. Et patet littera vsq ibi.

f Que non sum ⁊c. In hebreo habetur ancillarum tuarum. quasi diceret. non sum tanti valoris. sicut minima ancilla tua. et ideo maiorem gratiam inuenit apd ipsum booz. vnde subditur.

g Dixitq ad eam booz ⁊c. id est cibum paratum de domo mea cum famulis meis.

h Et intinge buccellam tuam in aceto. Acetum enim multū refrigerat. ⁊ ideo in calidis regionib⁹ cuiusmōi est terra israel vtunt aceto maxime tempe calido: cuiusmodi est tempus messionis.

i Et congessit polentam sibi.s.ipsa ruth preparauit sibi cibum secundum translationē nostram. In hebreo habet. Porrexit ei granatam.i.cibū factum de granis nouis quem de manu sua dedit booz ipsi ruth: vt dicunt hebrei. Cetera patent in littera.

b Queram tibi requiem.i.matrimonium bonum: ita q non oporteat te laborare pro victu.

c Et prouidebo vt bene sit tibi. habendo prolem qd maxime desiderant mulieres.

k Collegit ergo rc. Hic consequēter describit solicitudo ipsius ruth in opere pro quo venerat de volūtate socrus sue cū dr Collegit ergo in agro vsq ad vesperam rc. quod autem subditur in tres modios nō ē in hebreo: sz loco eius habet ordeorum. quia inuēit ephi ordei in hoc qd collegerat. Cuius tamē qntitatis sit hec mēsura ephi dictū fuit Exo.xvi. Gomor enī ē decima ps ephi r gomor manne sufficiebat vna die p vna psona vt ibidem dicitur.

l Iuncta est itaq rc. id est ancillis. Cetera patent in lrã.

sorum latus[i] et cōgessit polentā sibi: comeditq r saturata est: r tulit reliqas. Atq inde surrexit vt spicas ex more colligeret. Precepit āt booz pueris suis dicens. Etiam si vobiscū metere voluerit ne phibeatis eam: r de vestris quoq manipulis proijcite de industria r remanere permittite: vt absq rubore colligat: r colligentem nemo corripiat.[k] Collegit ergo in agro vsq ad vesperam. et que collegerat virga cedens r excutiens inuenit ordei quasi ephi mensurā: id est tres modios quos portans reuersa est in ciuitatē: et ostendit socrui sue. Insuper protulit et dedit ei de reliquijs cibi sui quo saturata fuat. Dixitq ei socrus sua. Ubi hodie collegisti. Et vbi fecisti opus? Sit bñdictus qui misertus est tui. Indicauitq ei apud quē esset operata: r nomē dixit viri q booz vocaretur. Cui respondit noemi. Bñdictus sit a domino quoniam eandem gratiā quam prebuerat viuis: seruauit et mortuis. Rursūq ait. Propinquus noster est homo. Et ruth hoc quoq inquit precepit mihi vt tamdiu messoribus eius iungerer donec omnes segetes meterentur. Cui dixit socrus Melius est filia mi vt cum puellis eius exeas ad metendum ne in alieno agro quispiā resistat tibi.[l] Iuncta ē itaq puellis booz: r tamdiu cū eis messuit donec ordea r triticū in horreis conderent. .III.

[a] Ostq autem reuersa est ad socrum suam: audiuit ab ea. Filia mi[b] queram tibi requiem[c] r prouidebo vt bñ sit tibi. Booz iste cuius puellis ī agro iuncta es ppinquus noster est:[d] et hac nocte aream ordei ventilat.[e] Lauare igitur et vngere et induere cultioribus vestimētis: r descende in aream.[f] non te videat homo:[g] donec esum potumq finierit. Quando autem ierit ad dormiendum: nota locum in quo dormiat. Ueniesq et discooperies pallium quo operitur a parte pedum: r proijcies te r ibi iacebis. Ipse aūt dicet tibi qd agere debeas.[h] Que respondit. Quicquid preceperis faciam. Descēditq in aream: et fecit omnia que sibi imperauerat socrus. Cumq comedisset booz r bibisset: r factus esset hilarior: issetq ad dormiendū iuxta aceruum manipulorum: venit abscondite et discooperto a pedibus eius

d Et hac nocte aream ordei ventilat.i. festū faciat p ventilatione. Dicūt enī aliqui q mos erat antiquorum in ventilatione messis facere cōuiuiū messoribus et dormire de nocte in area. Ra. Salo. dicit hic q in illo tempore erant multi latrones in terra. r iō booz iuit illuc ad dormiendū: vt in psitia eius melius custodiretur p famulos suos granum ventilatū et vtrunq potuit eē in causa.

e Lauare igitur rc. Hoc dixit sibi ad hoc q booz magis inclinaretur ad despōsandum

f Non te videat homo. scilz ipse booz.

g Donec esum potumq finierit. hoc dixit: quia tunc magis proni sunt homines ad contrahendum r cōsummandū matrimoniū. Dicūt hic aliqui q ista noemi nō peccauit, qr p legem mrimonij qrebat suscitatiōem seminis defuncti. Contrariū tñ magis videt. tum quia modus qrendi nō erat bonus. s. in occulto: tū qr etiā erat alius ppinqor ipo booz vt. s. habet: q debebat prius requiri alit fuisset sibi fcā iniuria. nisi voluntarie suo iuri cessisset: ppt qd booz dixit ipsi ruth q factum celaret. ipsa aūt ruth fuit totalr excusata: qr erat de nouo cōuersa ad iudaismū r nesciebat de lege reqrēdi mrimoniū: nec de mō nisi qntū sua socrus docebat eam.

h Que rñdit. Hic consequēter describit ipsius ruth obtemperatio: quia fecit omnia que sibi socrus dixerat credens se in omnibus bene agere. Et patet litera vsq ibi.

Caplm. III.

p Ostq autem. Hic cōseqnter describit circa ipsam ruth cōuentio legalis. qr secundum legē q hetur Deutero. xxv. de suscitatiōe seminis defuncti: ipsa reqsiuit booz et matrimonio de cōsilio socrus sue. Et ideo circa hoc primo ponitur socrus consultatio. Secūdo nurus obtemperatio. Tertio ipsius booz rōnabilis rñsio. secunda ibi. Que rñdit. tertia ibi. Et ille. Circa primum dicitur.

a Postq aūt reuersa est ad socrum suam. scz de messionibus: quarum tempe fuit coniuncta puellis booz: vt dictum est. s. ij. c. in fine.

pallio se proiecit. Et ecce nocte iā media expauit hō ⁊ cōturbat⁹ ē: Viditq3 mulierē iacentē ad pedes suos: ⁊ ait illi. Que es. Illaq3 respondit: Ego sum ruth ancilla tua Expande palliū tuum super famulā tuā. quia ꝓpinqu⁹ es. Et ille. Bn̄dicta inquit es a dn̄o filia ⁊ priorē miſcdiā posteriore supasti: q2 non es secuta iuuenes paupe res siue diuites. Noli ergo metuere: ſ3 quicq̄d dixeris m̄ faciā tibi. Scit eni3 oīs ppl's q̄ habitat intra portas vrbis mee mulierē te esse virtut3. Nec abnuo me ꝓpinquū: ſ3 ē ali⁹ me propinqor. Quiesce hac nocte ⁊ fcō mane si te voluit ꝓpinqtat3 iure retinere: bn̄ res acta ē. sin aūt ille noluit ego te absq3 vlla dubitatione suscipiā viuit dn̄s. Dormi vſq3 mane. Dormiuit itaq3 ad pedes eius vſq3 ad noctis abscessum. Surrexit itaq3 anteq3 hoīes se cogſcerēt mutuo. ⁊ dixit booz. Caue ne quis nouerit ꝙ huc veneris. Et rursu3: expāde inq̄t palliū tuū q̄ operir3: ⁊ tene vtraq3 manu. Qua extēdente ⁊ tenēte: mensus est sex modios ordei ⁊ posuit sup eā. Que portās ingressa ē ciuitatē: et venit ad socrū suā q̄ dixit ei. Quid egisti filia. Narrauitq3 ei oīa q̄ sibi fecisset homo ⁊ ait. Ecce sex modios ordei dedit m̄: et ait Nolo vacuam te reuerti ad socrū tuā. Dixitq3 noemi: expecta filia donec videamus quē res exitū habeat. Neq3 enī cessabit hō nisi compleuerit quod locutus est.

i Expauit homo. Dicit rabi Salomō ꝙ timuit ne esset malignus spiritus: qui in corpore assumpto esset ad pedes eius; vel forsitan timuit de latronib⁹ et conturbatus est. In hebreo habet. Et tenuit vel amplexatus est quia extendit manū suam et tetigit caput ipsius ruth. et per hoc cognouit ꝙ esset mulier. q2 mulieres habent capita aliter parata et tecta q̄3 viri. ideo subdit.

h Viditq3 mulierē id est cognouit per tactum. quia de nocte nō poterat cognoscere p visum: sed noie visus designātur aliquādo alij sensus: sicut Exo. xx. dr. Cūct⁹ autem populus videbat voces. id est audiebat. tamen booz adhuc nesciebat que eēt mulier determinate ideo quesiuit.

l Que es Illaq3 respondit. Ego sum ruth ⁊c. per hoc req̄rebat desponsatōem. Hic enim erat mod⁹ tunc tpis ꝙ sponsus cōtrahēs spōsalia ponebat extremū vestis sue super sponsam.

Alij autem dicunt ꝙ eum hoc curialiter petebat cōsummationē mr̄imonij ſm ꝙ erat edocta a socru sua: propt quod booz habuit eam totalr excusatam. Dicunt enim hebrei ꝙ ruth dixit prius ipi booz: ſm ꝙ eam socrus docuerat. socrus mea ⁊ ego necesse habem⁹ vendere hereditatē que fuit elimelech ⁊ filiorum eius: ⁊ tu es ꝓpinquus ad quem ptinet redemptio. vt habetur Leui. xxv. et ideo accipe hereditatē et me p cōsis in vxorē ad suscitandum nomen defuncti in hereditate sua ⁊ sic dixit.

m Quia ꝓpinquus es. ad quē spectat redemptio hereditatis ⁊ suscitatio seminis ſm duplicem legem p̄allegatam. ⁊ hoc dictum consonat ei qđ sequenti caplo booz dixit: Partem agri vendidit noemi.

n Et ille. Hic consequēter ponit ipsius booz rationabilis responsio. ⁊ scđo curialis emissio ibi. Surrexit itaq3. Circa primū dicitur.

o Benedicta inquit es ⁊c. Et in hoc ostendit ꝙ ipsa erat sine culpa ratione predicta: ⁊ cū hoc ostendit eius affectum bonum dicens.

p Et priorem misericordiā ⁊c. Priorem miſcdiam vocat: quia bene se habuerat ad virum suum viuentem et ad socrum suam sicut audierat booz a narrantibus vt pt3. s. ij. c. Scđam aūt vocat bonū affectū quē habebat ad suscitādū nomē defuncti per matrimoniū: ⁊ hec vocatur maior prima: q2 maior miſcdia est bn̄ se hr̄e ad aliquē post mortē eius q̄n nō potest se iuuare: q̄3 dum adhuc viuit: ⁊ ꝙ ipsa ruth moueret amore prolis et nō libidinis ostēdit dicēs.

q Quia nō es secuta iuuenes querēdo eis cōiūgi in mr̄imonio ſ3 me senem: in cuius copula nō est talis delectatio.

r Noli ergo metuere. de mr̄imonio tibi affuturo.

s Scit eni oīs ppl's q̄si diceret: ex fama bonitatis tue parat⁹ essem te accipe: ſ3 nō possum h' licite absq3 ꝓpinquioris cessiōe: ideo subdit.

t Est alius me ꝓpinquior Iste ꝓpinquior est cui⁹ nomē non exprimit: eo ꝙ noluit suscitare semē fratri suo defuncto: ꝓpt qđ fuit indignus nominari. Elimelech eni3 maritus noemi: ⁊ pater isti⁹ booz fuerunt frēs: ⁊ sic vno gradu alter p̄cedebat eum.

v Dormi vſq3 mane: dor. itaq3. ⁊ ī hoc pt3 cōtinētia vtriusq3.

x Surrexit itaq3. Hic cōsr describit ipsius ruth curialis recessus seu emissio. Et p̄io ex pte ipsi⁹ ruth Et hoc cum subdit.

y Anteq3 homīes se cognoscerent mutuo. Nolebat eni ab omnibus videri in illo egressu ne mala suspicio de ipa et booz haberet. Secūdo ex parte ipsius booz: quia monuit eam de fama vtriusq3 seruanda dicens.

z Caue ne quis nouerit ⁊c. et q2 noluit eam redire vacuam. ideo subditur.

ʒ Mensus est sex modios ordei. In hebreo habetur. Sex ordea. i. sex mensuras ordei sed cuius quantitatis fuerit nō exprimitur: tamen ex circūstantia textus habetur ꝙ nō fuerūt multum magne: tum quia continebantur intra pallium ipsius ruth. tum quia ipsa sola portauit sr̄ caput suū totū sil' vſq3 ad ciuitatē ⁊ vſq3 ad domū noemi. Dicit aūt hic ra. Sa. ꝙ iste sex mēsure fuerūt signū ⁊ p̄figuratio sex bn̄dictionū dei q̄ future erāt super messiā nasciturū de ruth p dauid ⁊ genealogiā regiam ſm qđ dr Esa. xi. Egredietr virga de radice iesse ⁊c. Sequit Et requiescet sup eū sp̄us dn̄i: sp̄us sapie et intellectus spiritus consilij ⁊ fortitudinis. spiritus scientie ⁊ timoris domini. Quod autem in translatione nostra interponitur et pietatis: non est in hebreo. Ex hoc autem dicto rabi Salo. duo habentur. vnum est quod scriptura veteris legis nō solū exponenda est hystorice: sed etiā aliquando mystice. Scđm est ꝙ illud dictum Esa. allegatum intelligit de christo etiam ſm hebreos. Cetera patent in litera.

Scendit ergo booz. Hic vltimo de/ Cap. IIII.
a scribitur copula matrimonialis inter booz et ruth per cessio
nem propinquioris. Circa quod primo tangitur dicti pro
pinqui citatio. secundo vxoris acceptio: ibi. At ille maiori/
bus natu. tertio plebis acceptio: ibi. Ingressusque est. quarto
plebis congratulatio ibi. Dixeruntque mulie/
res. Prima in duas quia primo describi/
tur citatio propinquio
ris. secundo cessatio
iuris: ibi. Qui re/
spondit. Circa primum
dicitur.
a Ascendit ergo booz ad portam. In porta enim ciuitatis anti/ quitus tenebantur iudicia vt cito et in promptu vnicuique pateret locus iusticie.
b Et sedit ibi. tanquam iudex principalis: secundum hebreos quem dicunt ipsum fuisse abessan. vt di/ ctum est. s. primo ca/ pitulo.

c Declina paulisper etc. vt in loco iudicii respondeas.
d Tollens autem etc. vt negocium fieret fir mius.
e Partem agri etc. vocat eum fratrem: eo quod erat de cogna/ tione sua: vt hic mo/ dus loquendi frequens est in scriptura.
f Vendet noemi. i. est in proposito venden/ di. quia non erat ad/ huc ager venditus: vt patet per sequentia. Hebrei autem non ha bent presens tempus in modo indicatiuo verbi: sed pro eo vtuntur participio presentis temporis communiter dicentes: Vendens pro vendit. et aliquando preterito verbi in modo indicatiuo vt in isto loco: vel forte iam vendiderat. et quod de emptio ne per propinquum subditur: intelligendum est de re/ demptione emptionis: que spectabat ad ius propinqui: vt habetur Leuitici. xxv. capitulo. Sciendum autem est hic quod licet mulieres non succederent in hereditate: tamen quia vxor post maritum defunctum sine liberis remane/ bat: ipsa tenebat partem hereditatis ad vitam et illam po terat vendere inquantum erat sui iuris. Et sic dicitur hic quod noemi eodem modo vendere volebat partem agri. Ce/ tera patent vsque ibi.
g Nullus enim est etc. non est intelligendum quod nulli alii essent de consanguinitate illa: cum essent homines magni et potentes. Sed quia nullus erat propinquior istis duobus: nec qui ita haberet ius in dicto negocio.
h Ego agrum emam. Bene volebat habere possessio/ nem: sed non vxorem. tamen vnum erat annexum alteri. ideo subditur.
i Quando emeris agrum etc. Et patet littera.
k Qui respondit. Hic consequenter de/ scribitur cessio iuris cum dicitur.
l Cedo iure etc. cu/ ius ratio allegatur cum dicitur.

Scendit ergo .IIII.
a booz ad portam: [b] et se dit ibi. Cumque vi/ disset propinquum preterire de quo prius sermo habitus est dixit ad eum. [c] Declina paulisper et sedi hic: vocans eum nomine suo. Qui diuertit et sedit [d] Tollens autem booz decem vi ros de senioribus ciuitatis dixit ad eos. Sedete hic: Quibus residentibus locutus est ad propinquum [e] Partem agri fratris nostri elimelech ven/ det noemi que reuersa est de re gione moabitide: quod audi re te volui et tibi dicere co ram cunctis sedentibus et ma/ ioribus natu de populo meo. Si vis possidere iure pro pinquitatis eme et posside. si autem displicet tibi hoc ipsum indica mihi vt sciam quid face/ re debeam. [g] Nullus enim est propinquus excepto te qui prior es: et me qui secundus sum. At ille respondit: Ego agrum emam: Cui dixit booz: [i] Quando emeris agrum de manu mu lieris: ruth quoque moabitidem que vxor defuncti fuit de/ bes accipe vt suscites no/ men propinqui tui [k] in here ditate sua. Qui respondit [l] Ce/ do iuri propinquitatis. Ne que enim posteritatem familie mee delere debeo Tu meo vtere priuilegio quo me liben/ ter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquus in israel inter propinquos: vt si quando al ter alteri suo iuri cedebat vt esset firma concessio [n] sol uebat homo calciamentum suum et dabat propinquo suo. Hoc erat testimonium cessio/ nis in israel. Dixit ergo pro pinquo suo booz Tolle cal ciamentum. Quod statim sol/ uit de pede suo [o] At ille ma ioribus natu et vniuerso populo. Testes vos inquit estis hodie quod possederim omnia que fue/ runt elimelech et chelion et maalon tradente noemi: et ruth moabitidem vxorem ma alon in coniugium sumpserim vt suscitem nomen defuncti in hereditate sua: ne vocabulum eius de familia sua ac fratribus et populo deleatur Vos inquam huius rei [p] testes estis. Respondit omnis populus qui erat in porta et maio res natu. Nos testes sumus

m Neque enim posteri tatem familie mee de/ lere debeo. quod ex/ ponunt aliqui hebrei de posteritate egres/ sura de ruth si eam ac/ ciperet: eo quod scribitur Deutero. xxiii. Moa/ bites et ammonites non intrabunt in eccle/ siam dei in eternum: sed iste hanc causam allegauit falsum dixit quia illa pena non ca/ dit super mulieres: nec per consequens super prolem earum de vi/ ro israhelita: sicut ibi dem dictum fuit. Et ideo aliter exponitur videlicet de prole quam iam habebat de alia vxore. quia si accepisset ruth oportuisset eum intendere educationi prolis nasciture de ip sa. et per consequens minus posset inten/ dere prouisioni prolis iam habite de alia: et istud vocat deletionem secundum communem modum loquendi quo dicitur de aliquo si habeat aliquod damnum notabile destructus est vel deletus.
n Soluebat homo calciamentum etc. Hoc erat signum quod vnus spoliabatur iure: et alter inuestiebatur. Dici/ tur autem Deutero. xxv. quod mulier defuncti soluebat cal/ ciamentum illud. et spuebat in faciem illius nolentis suscitare semen defuncti. Sed hoc erat quando mulier conueniebat eum coram iudicibus et ille recusabat eam accipere. Sed quando alter propinquus conueniebat eum sic fuit in proposito: tunc ipsemet soluebat. ideo subditur. Di/ xit ergo booz propinquo etc.
o At ille maioribus natu. Hic consequenter describitur vxoris acceptio vbi ad maiorem solennitatem booz duxit.
p Testes vos inquit estis. Hoc enim dixit booz ad ma iorem certitudinem facti.

q Faciat dñs ⁊c. q꞉ filij earū facti sunt capita duodecim tribuū rachel. Preponit̄ aūt rachel ipsi lye: licz eēt minor: q꞉ fuit prīa ⁊ principal' vxor ipsius iacob', vt hr̄ Gen. xxix. q꞉ in illā prio cōsensit: ꝫ alia sibi fraudulēter supposita fuerit. r Fiatq꞉ domus tua ⁊c. H exp̄ssit, q꞉ genealogizatio ipsius dauid inchoat̄ a phares postea: cum dicit̄ Hee sunt generatōes phares ⁊c.

s Tulit itaq꞉ booz ⁊c. videt̄ ꝙ fecerit cōtra inhibitiōem dñi de ducendis alienigenis mlieribꝰ: vt hr̄ Deut. vij. Dicendū ꝙ illa inhibitio fuit facta: ne p vxores alienigenas filij isrl' traherent̄ ad idolatriā. Ista aūt ruth iā erat cōuersa ad fidē ⁊ cultum vniꝰ dei: ⁊ p bonā vitam in h firmata, vt pꝫ ex p̄dictis ꝓpt̄ quod dicta ihibitio nō habebat hic locū. Sed maalon et chelion nō videnf excusari a dicta transgressione: quia ceperūt vxores moabitidas anteq꞉ essent ꝯuerse ad fidem ⁊ cultū vnius dei. qd videtur ex hoc ꝙ orpha rediit ad deos suos: vt dictū fuit. s. i. caplo. Et per hoc ꝙ noemi suadebat ipsi ruth similiter reuerti: qd non fecisset si aū ꝯuersa fuisset: q꞉ nō suasisset ei apostatare a fide ⁊ cultu vniꝰ dei veri. t Ingressusq꞉ est. Hic consequit̄ describit̄ prolis conceptio cum dicitur.

Faciat dñs hanc mulierē que ingredit̄ domū tuam sicut rachel ⁊ lyam q̄ edificauerūt domū isrl': vt sit exemplū virtutis i ephrata: et habeat celebre nomē in bethleē. Fiatq꞉ domꝰ tua sicut domꝰ phares quem thamar peperit iude de semine qd tibi dederit dñs ex hac puella. Tulit itaq꞉ booz ruth ⁊ accepit vxorē. Ingressusq꞉ est ad eam ⁊ dedit illi dñs vt ꝯciperet et pareret filiū. Dixerūtq꞉ mlieres ad noemi. Bñdictus dñs q̄ nō est passus vt deficeret successor familie tue ⁊ vocaret̄ nomē eiꝰ in israel: ⁊ habeas qui ꝯsoletur animā tuam et enutriet senectutē. De nuru enī tua natꝰ est q̄ te diliget ⁊ multo tibi melior est q̄z si septez haberes filios. Susceptūq꞉ noemi puerū posuit in sinu suo, ⁊ nutricis ac gerule fungebat̄ officio. Vicine aūt mlieres ꝯgratulātes ei, ⁊ dicētes: natꝰ est filiꝰ noemi: vocauerūtq꞉ nomē eiꝰ obed. Hic est pater isai p̄ris dauid. He sunt generatiōes phares. Phares gēuit esrom. Esrom genuit aram. Aram genuit aminadab. Aminadab genuit naason. Naason gēuit salmō. Salmon genuit booz. Booz genuit obed. Obed genuit isai. Isai genuit dauid regem.

Explicit liber Ruth.

v Et dedit illi dñs ⁊c. Vnde vr̄ ꝙ nō solū virtute nature sed cum h grā naturā adiuuante. eo ꝙ ita ꝯcepit cito de hoīe iam sene: ⁊ hoc fuit ꝯcessum a dño. q꞉ booz acceperat ruth ex fraterna caritate ad suscitandū semē defuncti in sua hereditate ⁊ ex obedientia legis q̄ ad hoc inducit Deut. xxv.

x Dixerūtq꞉. Hic ponit̄ plebis cōgratulatio et gratiarū actio: cū dr̄. Bñdictꝰ dominus ⁊c.

y Et vocaret̄ nomē eius in isrl'. quia filiꝰ sic natꝰ dicebat̄ filiꝰ defuncti. licz alio nomine vocaret̄ sic iste vocatus est obed: nō elimelech aut maalon.

z Et multo ⁊c. hyperbolica est locutio ad cōgaudendū ipsi noemi: vel q꞉ meliꝰ erat ei habere vnū nepotē de patre diuite ⁊ potente q̄z septez filios de p̄re paupe q̄lis fuit elimelech in fine, vt dictū fuit. s. i. cap. cetera patēt vsq꞉ ibi.

z Salmon genuit booz. Tres fuerunt booz sibi succedentes: hic comprehensi sub vno nomine: sicut dictum est supra. ij. capitulo.

Liber Ruth finit.